

## Aduertentias para

In contrarium, vt tenet Simancas de Catho-  
licis institutionibus, Cap. 3. Couar. in regula  
Peccatum. 1. p. nu. 7. infine. Et in cap. Alma  
1. p. §. II. nu. 13. VillaDiego de Hæresi. q.  
20. & Doctor Viualdus vbi supra. num. 16.  
Hic etiam nota ex Magistro Ludouico Lo-  
pez. p. 2. sui Instructorij conscientia. cap.  
8. de Bulla. fo. 325. Col. 2. q̄ Inquisitores  
etiam tam in foro interiori, quam exteriori  
possunt absoluerè à crimine Hæresis ex pri-  
uilegio. Tamen nolunt huiusmodi crimen  
audire, nisi cum testimonio tabellionis. Ve-  
runtamen postquam pronunciarunt senten-  
tiam reconciliandi aliquem Hæreticum, ab-  
soluunt illum ab excommunicatione, vel Cō-  
cedunt facultatem absoluendi, cui libet con-  
fessario. Neque hoc priuilegium est reuo-  
catum per Bullam Cene, que solum reuo-  
cat priuilegia concessa Hæreticis pœniten-  
tibus. At istud priuilegiū concessum Inqui-  
sitoribus, non est priuilegium concessum ip-  
sis Hæreticis in fauorem suum; sed indul-  
tum est Ministris S. S. Officij in fauorem  
fidei. Quo circa sine dubio non est illis  
reuocata hæc facultas. Igitur licet omnis  
Hæreticus si sit pertinax, & exteriori signo  
se pro-